Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uerent psalmis et orationibus in
sistens. facta est in passione societas
sanguinis sic fuerant et mente con
iuges. et qui in uno lectulo i
ta in una fouea atque in una
uoluntate permanentes. talis fu
it passio que magis sepultu
ram dei famulis intulit.
Accepto itaque deo hostiam ui
uentem. cuius gratia hoc factum
est. ut qui simul fuerant
in uirginitate durantes
simul pertingerent ad co
ronam. Igitur cum multa
beneficia deus uenienti
bus ad eorum sepulchra
prestaret. euenit ut die
natalis eorum infinita po
puli multitudo concurre
rent. uiri simul ac mulieres
paruuli et infantes et innupte puelle
et iuuenes. Hoc cum fuisset
Numeriani auribus intimatum.
iussit ut in introitu quo
ingressi fuerant in cripta paries
leuaretur. Quod cum fuisset
impletum. desuper ad suble
uationem super eos montem

deiecit. Omnes igitur pariter
diuina sacramenta percipe
rent et gloriam marty
rum celebrarent. ipsi quo
que ad quos erat Diodorus
presbiter et dyaconus
Marianus et plurimi
clericorum. populi autem
multitudo nec numerus
nec nomina collecta sunt.
quia pernitiosum esse
et superfluum iudicauimus.
Hec omnia sicut gesta
sunt scripsimus. Uere
rinus et Armenius fra
tres a sancto Stephano
in sede apostolica facti pre
sbiteri et diaconus ad
omnes ecclesias per orien
tem et occidentem. ut sciat
mundus quia martires su
os Crisantum et Dariam
cum multis aliis in triu
pho martyrii et gloria perpetue
corone suscepit. Amen.
Explicit legenda de sancto
Crisanto. Sequitur de
sancto Andrea legenda